



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De milite, qui ordinem vitauit timore pediculorum, cap. 48

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

104 DE TENTATIONE  
vitam saepe auertit; conuersos, ne proficiant, impedit.  
**APOLLONIUS:** Da exemplum.

CAPUT XLVI.

CÆSARIVS:

*Pusillani  
mitatis  
exempla.* **A** Bbas quidam nigri Ordinis, modò monachus in ordine nostro, narravit mihi, quod magister quidam Parisiensis, ad ordine nostrum venire desiderans, silentium primi anni ex quadam pusilli- mitate mentis ita timuit, ut ordinem nigrorum intraret, ibique probationis annum compleret: qui mox ut factus est monachus, dixit ad Conuentum: Gratias ago vobis domini mei de beneficiis mihi a vobis exhibitis, quia ad quod veni, hoc apud vos expleui; modò cum licentia vestra migro ad ordinem Cisterciensem; non enim veni ut vobiscum manerem, sed ut inter vos tentationes, quas timui mihi, temperarem. Veniensque ad quandam domum ordinis nostri, non ut nouius probationem intrauit, sed habitum tantum mutauit.

CAPUT XLVII.

*Ecclesi. 11.* **R** Ecordor nunc cuiusdam viri valde literati, & cuiusdam nobilis ecclesiæ Prælati; huic cum nuper dicereim, quare non venitis, ut quid tamdiu expetatis? Respondit mihi: Non audeo intrare in tentationem; distinctionem ordinis, tentationem appellas; ex multo enim tempore voluntatem habuit veniens ad ordinem, sed quadam pusillanimitate impeditus est usque huc. Huit cōgruit illud Salomonis: Qui obseruat ventum non seminat. Ventus est tentatio, seminatio conuersio: qui nimis timet in ordine tentari, vix poterit ad ordinem conuersti. Noni plures in seculo, tam clericorum quam laicorum, qui a multo tempore votum fecerunt, nec tamen audent conuersti more tentationum; semper ante oculos habent tentationes, sed non considerant multimodas, quæ in ordine sunt, consolationes. Ecce exemplum.

CAPUT XLVIII.

**R** Etulit mihi Daniël Abbas Sconauiae, milité quendam honestum, & in militia nominatum, in Cam-

pg

po factum fuisse monachum. Hic cùm alium quendam militem, æquè in armis strenuum, in sæculo amicum habuisset, & die quadam ad conuersationem cum horatius fuissest; respondit ille magnæ pusillanimitatis verbum: Verè amice, ego fortè venirem ad ordinem, si non esset vna res quā timeo. Interrogante monacho, quænam esset res illa: respondit miles: Vermiculi vestimentorum: pannus enim laneus multos vermiculos nutrit. Tunc ille subridens ait: O fortè militem, qui in bello diaboli non timuit gladios, in militia Christi timere debet pediculos? Auferent tibi nunc pediculi regnum cœlorum? Ille, licet ad hæc verba tunc tacuerit, tempore tamen modico emenso, effectu respondit: nam & ordinem, tam verbis quā exēplo illius prouocatus, intravit. Contigit ut postea hi duo conuenirent Coloniae in ecclesia beati Petri: Monachus verò Campensis, cùm alterum regulariter salutasset, subridens adjecit: Quid est frater, timēsne adhuc vermiculos? Ille, bene recordans vnde talis interrogatio haberet originem, & ipse subridendo respondit verbum bonum & memoria dignum: Crede mihi frater, & hoc pro certo scias, quia si essent omnes vermiculi omnium monachorum in meo corpore, non me de ordine morderent. Quo verbo audito, ille multum ædificatus est, multis ad ædificationem recitans. Vides quantæ fortitudinis sit factus is, qui ante conuersationem nimis fuerat pusillanimis? vnde hoc, nisi ex diuinis cōsolationibus, quæ sunt in ordine? Hæc de his dicta sint, quos virtū pusillanimitatis ne cōvertatur auertit. Nunc audi aliqua exēpla de his, quos post conuersationem, ne proficerent, tentauit & impediuit.

## CAPUT XLIX.

**S**cholaisticus sancti Andreæ in Colonia Godefridus, *Nouitiorum tentationes* cùm esset vir debilis, & decrepitæ etatis, ad ordinem cùm multa animi instantia venit. Ego verò cum ipso in probatione fui; de quo etiam plurima, quibus vexabatur, tentationum genera vidi & audiui. Die quadam cùm ad chorum festinaret, & cappam suam induere conaretur, diabolus conatum eius impediuit,